Cracoviensis Studii. Univ. Jagell.

Sacratiss. Rosarii Famulitium

1621.

~~Poezya 2348.~~

Vitellii Jacobi: Paean hendecasyllabus in Alma Acad. Crac. studiosae Iuventuti — Rosarii famulitium instauranti.

PÆAN
HENDECASYLLABVS

IN

Alma Acad. Cracou. Studiosæ
IVVENTVTI
Vetustum Sacratissimi ROSARII Famulitium ad Ædem SS. TRINITATIS Dominica Prima Octobris. Anno Domini, 1621.
INSTAVRANTI.

A

M. IACOBO VITELLIO Collega Minore, Ordinario Eloq. Professore.

Impensis G. D. Bartholomei Nowodworski.

CRACOVIÆ,
In Officina Typogr. Matthiæ Andreouiensis.

Illuſtriſſimi & Mag. Domini IOANNIS Comitis in Tęczyn Palatini Crac. Filijs Illuſtribus et Magnificis, DD. GABRIELI, CHRISTOPHORO, & STANISLAO, magnæ ab auita virtute ſpei, Iuuentuti Heroico in Acad. Crac. ſtudio florentiſſimæ.

MAgna domus veſtræ & patriæ ornamenta, eademq́;
Præclariſsima in hoc pignora Gymnaſio
Sacratiſsimi & incrementa Roſarij, & iſte
Cum ſtudio feruens Religionis amor
Firma ſibi & certiſsima fundamenta, ſuaſque
Spes locat in veſtræ nobilitate domus.
A vobis patriæ ſplendentia ſidera, lucem
Mutuat iſta frequens Partheniaca cohors.
Nulla eſt cura magis potior vernantibus annis
Quàm quæ ſe ſancto mancipat officio
Cælicolum Matri. hæc cunctorum Proma bonorum
Certumq́ue humano perfugium generi.
Hic ſtudii noſtri eſt horoſcopus hinc bona quæque
Artibus affundent optima fata bonis.
Hanc itaque ô decora inclyta, & Heroum alma propago,
Præclaræ ſtirpi hanc accipitote Pharon.
Vt veſtræ indolis indicia vſque eò illuceſcant,
Auricomam Phœbus quò iacit vſque facem.

O quantum est vbicunque sanctitatis
Quantumque est hominum beatiorum
Fælix est nihil & nihil beatum
Quod non diuitiore de penu ad vos
Flos pulcherrime purpurantis æui
Germanissima Palladis propago
Sacratissimo in hoc die redundet.
Vos hoc lucis honore luculento
Insertat titulis nouæque famæ
Astrorum aligerumque Principis Ia.
Cum blandissima Diua sit Dearum
Integerrima nostra deprecatrix
Diuinissima gentium quoque ara
Non vos illa suos amet clientes?
Hæc vos rete suo sagenulisque
Quêis cælum illice sanctitate totum
Et totam rapit vsque & vsque terram

 Attraxit,

Attraxit, modo vt auspicatiore
Et cultu & pietate sanctiore, &
Vinclo quo potis est tenaciore
Sic compactius arctiusque stringat,
Nunc ad multicolorem amœnitatem
Excultissimum & integellum in hortum
Pæstanisque rosis fragrantiorem
Et Costo Assyrioque malobathro
Myrrha, thure, opobalsamo quoque ipso,
Multis millibus elegantiorem:
O carissima pignora euocamur.
Inde quisque sibi legunt corollas
Ex hoc cælituum venusto agello
Intexunt capiti decus suo, & qui
Pubentis viridissimis iuuentæ
Vernant delicijs & illi iniqua
Queîs ætas populauit hunc virorem

Instau-

Instaurant inopem orbitatem ab istic
Et queîs conditionis amplitudo
Præluxit faculam eminentiorem
Et quos sors sua tenuitate parua
Concidit, modica æstimatione
Quantumuis fuerintq; vixerintquê
Rebus præsidia hinc suis requirunt
Vnum perfugiũ hic & vnum Asyllum.
Verùm ad vos potius propago sancta
Non cerebrigenæ at magis Mariæ
Germanißima stirpsq; natioquê
Ad vos proximitate pertinebat
Nexus Partheniæ sodalitatis
Quos ad sacra Nouensilum Dearum,
Virtus insita pectori alto adegit.
Nam si quæritis aureum pudorem,
Qui color melius venustat ista

Pubertate iuuentiam optimam, quâm
Albicans cute purpuris∫∫a ∫umma.
Ab hinc exulat vt quid iuuenu∫tu es t,
Et quicquid Paphio madens veneno
E Cypro veterator ille porrigit.
Hâc cas tiβima & integella Virgo
Lilio & niue purior recenti
Vultum purior Hespero nitenti.
Tota ∫idereo tamet∫i ab igne
Aethra effulgeat, hæc parens beata
Candidi∫sima candidi∫∫imarum
Quot ∫unt æthereo axe flammularum.
Vos quicunque viam ad ∫cientiarum
Culmen carpitis, arduum atque cæcis
Circùm anfrac tibus occupatum, & ip∫is
Septis Dædaleis latentiorem,
Nulla appendite ∫erta ad Hermathenas

Nulli

Nulli Mercurio indici viarum
Prece aut thuricremis vouete donis
Vestra vos penitissimas Mineruæ
Ad sedes faciet Patrona præsto
Illi densior herbidis aristis
Virtutum seges artium & bonarum
Cæli nascitur aureo in roseto
Hinc delibat in omniumque sensus
Instillat bona gentium Magistra.
Vitas barbaricam, asperam, inficetam,
Saxeam, orifragam, horridamque linguam
Poscis auribus Atticis probari
Atque hoc ipse quod Elocutionis
Romanæ pater, atque primipilus,
Et Siren Latialis egit, audes
Ingenii ut patitur benigna vena.
Mille tu licet arculas, colores,

Et

Et centum myrothecia, atque centum
Pigmenta omnigena vndecunque verras
Cales ti nisi in Anchora recumbis
Frus tra es, auriculas rudis popelli
Gerris inquinat inficetiarum
Tanta tamque laboriosa cura.
Non mî Cas talium amplius fluentum
Non extollite vitream Hippocrenem
Quam Musisque choróq Apollinari
Scalpsit alitis hinnientis ic tus,
Pyrenemq́ Heliconidasq vatum
Insanis sima somnia, & quod vsquam
Fuco illeuit vt impudente in ausu
Mendax Græcia sic triumphet. is ta
Vnius nucis æs timatione
Sub præconio & auc tionis has ta
Nec quæro licitarier, nec opto.

Quos

Quos in Partheniâ sodalitate
Vna mens sociauit & voluntas
Illis Tempe beata florulenti
Vbertim properant fluoris haustum.
Hic namque Elysia ad vireta, campis
Quos ver perpetuum perambulat fons
(Fons quem terrigerũ Deumq́ Rector
Centum muniit è super sigillis
Centum clauibus obserauit ipse)
Circumfunditur, & beata lambens
Leni murmure prata, ab hinc petrosa
Sese infundit homuncionum in arua.
Limpidissime fons in omnibusq́
Fons pulcherrime, gratiæq́ue origo,
Cui non influis, hic vel in catastas
Verba innoxia detque, torqueatque
Arroso viduet manum vngue vtramq́

Et

Et nunquam patiatur otiosæ
Parcentem dare dexteram Vacunæ.
Sisyphi tamen is labore anhelans
Hæc molimina fertq; agitq; frustra
Hacquê sedulitate pertinaci
Promouet nihilum, quia irrigante
Arescit vacuus sine imbre sacro.
Et tantum sterilescit, ille quantum
Desertis simus, horridusquê campus
Agri incommoda pessimasq; pestes
Infelix loliumquê carduosq;
Et lappas tribulosq; fundit ex se.
Felices ter, & amplius beati
Quêis tanto auxilio patrona præsto
Quos non absimiles rosarum, amæna
Et fæcunda rosisquê lilijsq;
Olim in cœlitum arua congregabit

Hic

Hic gratissima Veris & Fauoni
Aeternum superis susurrat aura.
Et per florea rura flosculorum
Quos ab hinc violenta abegit Austri
Immittis rabies ferusqúe turbo
Complura agmina, plurimæ cohortes
Suauè luxuriant, latusqúe circùm
Diuum Heroidis, æuiterno in æuo
Ambiuntqúe tenentqúe fulciuntqúe.
Verúm illa in decore aureo refulgens
Vultu quo exhilarat Deos renidet
Et cælos face tàm potente adurit.
Namque afflauit honorem ei supremus
Rex, vt cælitibus stupenda Mater
Nutrix atque Dei illa pusionis
Tantò splendidior venustiorqúe
Sit, quantò inferiora cuncta cernit.

Candi-

Candidisſima candidisſimorum
Cœli quos habet Hybla floſculorum:
Hæc vos ære ſuo asſeritque librâ
Inſeritque ſuam in ſodalitatem,
Quæ porrò benè prosperequè vobis
Destinatio pactioquè cedat.
Supremum Hendecaſyllabis precamur
Autorem, inclyte flos virentis ævi
Florentisſima MARIÆ propago.